

tom essent alienati, acciperent. Contra Pelagian. Scholast. *Alexand.*  
*ab Ales Albert. Magnum. Scotum. Andr. Osiantr. Photin. Catech. Racov.* p. 223. Ostorod. in *Instit. c. XXXVII. §. 3, 4. cap. XL. §. 8. Socin. lib.*  
*i. de Servat. c. IV. § V.*

XL. Decretum ergo de salvandis per CHRISTUM hominibus non est absolutum, licet sit ex dilectione gratuita DEI, iea respicit ad CHRISTUM fide apprehendendum. Contra Bellarm. l. 2. de grat.  
cap. IX. XVI. Calvin. l. 3. instit. c. XXI. dist. 4. Piscat. in dis. de pred.  
dest. thes. 80. Fides haec verò non est qualitas quædam insula à charitate, spe informata, quæ ipsi dilectioni gratuitæ in hoc actu opposita foret, sed medium Justitiam à CHRISTO nobis partam recipiens & apprehendens, dum illa nobis ita imputatur, Rom. IV. v. 5. seq. ut non pereamus in inferno ex הָבֵן verbo à Syro usurpato & ita adhibito, Prov. XV. n. c. XXVII. 20. sed vitam æternam habeamus, ubi Atab. vox לְבָנָה in speciali significatione non tantum rei consecutionem, sed & modum ejus instrumentalem exprimit. Contra Pontif. Bellarm. l. 2.  
de justif. c. II, IV, X. Stapleton. in Antidotis Apostol. Coster. in Enchirid. p. 154. 261. Photin. Catech. Racov. p. 271. Ostorod in instit. c. XXXVI. p. 302. § 303. Hac fide igitur instructus quivis sub universaliter termino Syncategorematico, Omnis comprehensus, de salute sua certissimus esse potest. Contra Pontificios ferè omnes & Adam Conzen in b. l.

v. 17. XLI. CHRISTUS hunc suum adventum, quem Nonnus περιγραψον ab ultimo adventu distinguit, I. Thessal. IV. v. 15. ut adventum gratiæ & salutis omnibus proponit, Esa. LX. v. 1. seq. Luc. II. v. 10. quo non ut Moses ex sententia legis, strictum jus persecutur, & omnes condemnat, ut saepius vox κρίνεται usurpatur, sed incarnatione, morte, passione, & per eam satisfactione ad salvandum omnes venit, licet ex accidenti propter hominum obstinatam malitiam, Job. IX. 39. etiam in judicium condemnationis se venisse dicatur. Hujus adventus, & beneficiorum per CHRISTUM nobis partorum, participes fieri possunt omnes, per fidem ut medium à DEO, in verbo suo ordinatum, quod qui non rejicerit, non veniet in Judicium, non quidem generale approbationis reprobationisve, ut Gregorius Magnus vocat, & II. Corinth. V. v. 10. describitur, sed speciale æternæ condemnationis, Matth. XXV. v. 41; qui autem rejicerit jam judicatus dicitur à CHRISTO, non secundum manifestam finalis damnatorię sententię promulgationem, & publicationem, in judi-

cio